Rodrig

DEO sit honor.

Tractatatio scholastica de ineffabili sanctissimo Trinitatis mysterio.

Proœmium.

Si à Deo opt. max. semper capienda sunt dicendi primordia, maxime cũ de mysterio totius religionis ipsius oĩũ obscurissimo, difficillimo, dignissimo, atq; arcanis nãq; quã longissime remoto dicimus: inquo adeo Deus lucem habitat inaccessibilem, vt dixerit suo. 1. de trin. cap. 3. vbi quærit vnitas trinitatis Pater, Filius, et Spũs sanctus, nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius alibi quæritur, nec fructuosius alibi inuenitur. Sane errandi periculu nascitur ex obscuritate, inquirendi labor ex difficultate, inuentionis fructus ex rei dignitate. etenim quid obscurius mysterio, inquo, Ther. teste, totus orbis ingemuit, et Arianum se esse miratus est, hoc est a trinitatis veritate aberrantes; adeo caste, et caute hic loquendus, vt veligniarum prolabaris in hæresim, si vel latum vnguem à prescriptis sanctorum Patrum tris deflexeris.

Quid eo difficilius, in cuius contemplatione suprema Intelligentia, et Doctorum Aquila velut natus ad solem nr pdecessores fide face, caligant, vtn immerito exclamet Bern. 5. de consideratione: quidem sibi vult iste alibi num numerus, sibria, quomodo non numerus, si vnum, vbi numerus?

Quid mysterio dignius, inquo vltro nunc captiua mens in obsequium fidei alte de maiestate sentit, vt de fidei velo surgat ad diuinitatis lumen, ibique cum oculatissimis spũbus sacrum Trisagium pangat sanctus, sanctus, sanctus: cuius repetitio trina, pulchre interrogat Amb. 2. de fide cap. 4.) nisi, quia Pater, et Filius, et Spũs sanctus vnum sunt, non dicit semel ne Filium sequestraret, non bis, ne Spũm præteriret, non quater, ne creaturam, sibi coniungeret, et vt ostenderet Trinitatis vnam esse Deitatem, cum tertio dixisset sanctus, addidit singulariter Onus Deus Sabaôth. igitur cum tenebris inuoluti loquaturi sumus de æternum Dei, Patris, Filij, et Spũs sancti, tribue nobis verborum significatũ, intelligentiæ acumen, dictorum honorẽ, veritatis fidem, vt quod citra

hesitationem credimus, sine errore loquamur, prout latius exorat Hilarius l° de trinit. prope finem.

Et vt consonet distributio mysterio tripartita nostra erit de trinitate tractatio: cumq̃ personarum trinitas nequeat conuitere absq̃ relationibus, nec relationes absq̃ processione, seu emanatione vnius persone ab alia, ordiar cum ℣. Th. à processionibus, gradum deinde ad relationes faciens, sistamq̃ tandem annuens curiosum in exacta personarum notitia.

Clauis terminorum, et regula aliquot ad proprie loquendum de Trinitate.

Liceat Pho, qua voluerit locutione vti, nobis autem Theologis (ait Aug. vo de ciuit. ℣ei cap. 24) ad certam regulam loqui fas est, quia, vt sapienter Hieron. ex verbis inordinate prolatis hæresis incurritur propterea in gratiam sacri verbi oratorum, et vitandæ æquiuocationis gratia, aliquot regulas præfigere erit operæ pretium.

Prima sit regula: nomina neutrius generis singulariter enunciandæ sunt in diuinis, pluraliter si masculini generis sint, si vero sint indifferentia ex adiunctis determinanda. hæc regula definita est in Lateran. sub. Innocent. 3. rationem tradit ℣. Th. hic. q. 31. art. 2. ad 4m. sc. nomen neutrum vt pote informe refertur ad essentiam communem, et quasi formabilem per personas; masculinum vero vt pote formatum, refertur ad suppositum. Sic interroganti quid est homo? respondetur per rationem communem, et formabilem; interroganti vero quis est? respondetur per rationem individuam, et formatam. Clarius Idem S. ℣. q. 39. q° nomen neutrum vt pote substantiuum, et per se stans refertur ad essentiam, quæ singularis ē, at masculinum vt pote adiectiuum refertur ad personas, quæ sunt plures.

Hinc primo deducitur in ℣eo non esse aliud, et aliud, sed alium, et alium: alius, inquit Aug. ust, est filius, q̃ non est ipse, qui pater, et alius Pater, quia non est ipse qui Filius, non tamen aliud, sed hoc ipsum ē Pater, et Filius iuxta illud Dñi Ioan. 14. ego, et Pater vnum sumus. Vbi diserte Cyrillus: audi vnum, et sumus, et a Carybdi, et Scylla liberaberis: quod dixit vnum liberat te ab Ario, separante filium à substantia Patris. quod dixit sumus, liberat te à Sabellio confundente personas Patris, et Filij sine distre-

tione

tione. si vnum, non ergo diuersum, si sumus, ergo Pater, et Filius.

Hinc à contrario deducitur 2° in Xpto ℔ no ñ esse alium, et alium, sed aliud, et aliud, cum in Xpto sit vna persona, et duplex natura. ℔ deducitur 3° hanc propositã: Pater, et Filius sunt idem esse equiuocam, ng si ly idem accipiatur masculinè est falsa, sin vera, et iuxta Athanas. sine addito, est vitanda locutio, satius q̃ cum Gaudmundo dices Pater, et Filius sunt idem ipsum, non idem ipse. similiter hæc propositiones sunt vera, Pater, et Filius sunt vnum, Pater ñ est aliud, nec alterum à Filio, falsa vero hæ, Pater, et Filius est vnus, Pater est aliud, vel alterum à Filio nisi addas est aliud, vel alterum suppositum. Item hæc propositio, Pater est idem ℔eus quis Filius concedenda est; Pater est idem ℔eus quis Filius cum Athanas. neganda, q̃ in posteriori relatiuum quis refert immediate Patrem, in priori ℔eum. ℔eum falso dicitur ℔eus genuit alium ℔eum, vel eundem se, aut alterum se; vere tamen ℔eus genuit ℔eum, vel alius genuit alium, eo quod indiuidua sit alius, et alius, non alius, et alius ℔eus.

Secunda regula: concreta substantiua de re absoluta, vt ℔eus, creator, etc. non nisi singulariter prædicantur de tribus personis, adiectiua v° pluraliter de eisdem prædicantur; vide tradita est a ℔. Th. dicta q. 39. art. 3. quia nomina substantiua significant aliquid per modu substiæ; hæc autem sicuti per se habet esse, ita per se habet vnitatem: q° vbi forma in concreto substantiuo significata est vna ñ poterit prædicari in plurali, tametsi de pluribus suppositis prædicetur; concreta v° adiectiua, cum significent per modum alteri adiacentis pro multiplicatæ suppositorum multiplicantur. sic est triplex album cum vnica albedine, licet non sit triplex homo vbi est vna humanitas.

Ex hac regula conficiendæ sunt duæ locutiones ad speciẽ contrariã, quibus vtitur Athanasius in symbolo. non cum prius dixisset non tres increati, nec tres æterni, etc., sed vnus increatus, et vnus æternus, proxime inferius subiunxit, tota tres personæ

coeterna sibi sunt, et coaequales; conciliando inquam, q vbi negat predicari posse, in plurali sumuntur ea nomina substantiue; vbi vero affirmat, sumuntur, vt sum possunt adiectiue; et tunc perinde est, sunt tres aterni, immensi, etc, ac sunt tres habentes aternit, immensit. Quocirca cum verba passim subeant naturam adiectiuorum, ideo recte implurali dicitur. Pater, Filius, et Sptus Sanctus intelliguntur, creant, pununtur, et miserentur.

Tertia regula: In diuinis non minus cauenda sunt nomina quae sapiunt diuersitatem, quam quae a Deo personarum consortium excludunt. ita D. Th. q. 31. art. 2. ob priorem partem regula excludendo: sunt ha propositiones. Pater est diuersus a Filio, Pater e differens, separatus, dissimilis, alienus a Filio; admittendo vero sunt Pater est distinctus, aqualis, oppositus Filio; ratio est nam cum differentia, et dissimilitudo sit a forma, et forma a natura; vbi vnica natura est, nulla diuersitas esse potest. Ob posteriorem partem regula non debent admitti propositiones exclusiuae, ex. g. Deus est solitarius, Deus est solus, etc, quia videntur excludere non solum consortium Deorum, sed etiam personarum: at si ly solus sumatur syncathegorematice, vt cum dicis, solus Deus est immensus, tunc non ponit solitudinem in Deo, sed exclusionem predicati diuini ab omni, quod non est Deus.

Similiter excludi debent ha propositiones solus Pater creat, cognoscit, vult, etc; debent vero admitti ha, solus Pater generat, etc, q dictio exclusiua nequit adiungi termino personali respectu predicati essentialis, bene tamen respectu termini notionalis. cum vero Xptus Deus dicit, nemo nouit Filium nisi Pater: ly nemo non distribuit personas, sed naturam, nec aequiualet huic propositioni, solus Pater nouit Filium, sed huic sola intellectualis nta, quae e in Patre, nouit perfecte Filium.

Quarta regula: nomina partitiua, vt nullus, omnis, aliqus etc, non debent adiungi terminis pure essentialibus, et prima intentionis, quia talia nomina dicunt collectionem, vel exclusionem plurium sub aliqua nta contentorum. sic male dicitur, omnis Deus creat, vel nullus omnipotens est creatura. Dixi proprie essentialibus, et

primae

primæ intentionis, quia terminis transcendentibus, vt realitas, entitas, et terminis secundæ intentionis, vt diuina attributa, bene possunt applicari. sic dicimus omnia attributa Dei sunt diuina, omnis realitas diuina est Deus; item terminis notionalibus, vt omnis persona diuina creat, aliqua generat, nulla est creata.

Quinta regula: Locutiones eligendæ sunt, quæ simul, et vnitatem essentiæ, et personarum pluralitatem explicent; inter quas præeminet vox trinitas, quæ per inde est ac trium vnitas, et licet dici soleat trinitas in vnitate, id quidem est explicationis gratia; nam re ipsa quod explicite significat vox vnitas, implicite significatur voce trinitas. Hinc est vt soli Deo proprie conueniat, homo enim non continet collectiue sua omnia individua, vti Deus continet sua supposita. Hinc fit secundo vt ponit dici homo est triplex, vel multiplex, non vero Deus est triplex, vel multiplex; quia nomen triplex duntaxat significat numerum, nomen vero trinitas saltem implicite importat vnitatem.

Sexta regula: nomina notionalia concreta prædicantur de essentialibus concrete sumptis, non vero abstracte; sic dicitur Deus est trinus, non vero Deitas est trina; q. Deitas in abstracto ex modo significandi supponit pro essentia; in concreto vero supponit pro Deitate prout in supposito, adeoq. vt in personis. Dixi notionalia concreta, quia abstracte sumpta recte possunt prædicari de qualibet perfectione diuina, ng. in abstracto faciunt sensum identicum, atque adeo vt vera prædicatio sit, sufficit identitas prædicati cum subiecto. Quo circa hæ propositiones veræ sunt Deitas est spiratio, Deitas est trinitas, essentia est relatio, etc. et a fortiori veræ sunt hæ voluntas est intellectio, omnipotentia et sapientia, etc. Potest etiam dici voluntas diuina est intelligere, Deitas est generare, seu voluntas est intelligens, Deitas est generans; q. hæ in actu exercito faciunt sensum formalem, et innuunt exercitium dimanare formaliter ab eo, cui tribuitur.

Postremo: Supponendo sunt pro fundamento totius tractationis quatuor propositiones iuxta fidem certo. 1. vnum duntaxat esse Deum contra Gentiles. 2. tres esse personas realiter distinctas Patrem, Filium,

et Sptũ sanctum ꝟra Sabellianos. 3ª Patrem esse Deum, et Filium esse Deum, et Sptũm esse Deum contra Arianos, et Macedonianos. 4º esse vnum Deum contra Thritheitas. quas omnes complexus est Ioannes Diport. in sua epist. ibi, tres sunt, qui testimonium dant in colo, Pater, Verbum, et Sptus sanctus, et hi tres vnum sunt. vt late exponunt August. quindecim lib. de Trinit. tom. 3. Magist. in 1. sent. à distinct. 1ª vsque ad 24. D. Th. à qª 27. vsq ad 43.

LIBER I.ˢ

de diuinis processionibus.

Processio diuina dupliciter sumitur. Primo pro ipsa productione alicuius rei à principio, quod quidem dupliciter contingit. Vno modo per modum actionis transeuntis in aliquid extrinsecum, quod producitur de nouo, sicut dicimus, quod ars producit domum in esse. Alio modo per modum actionis manentis in agente, sicut intelligere et velle. Et hoc modo processio diuina dupliciter sumitur. Vno modo pro ipsa productione personæ diuinæ, quæ quidem productio est secundum actionem manentem in agente. Alio modo pro relatione originis, qua vna persona diuina refertur ad aliam. Secundo modo processio diuina prout proscindit à processione, qua fit generatio, vel spiratio sic definitur à D. Th. hic. art. 1. est ductio, seu emanatio ad intra principiati à suo principio. Breuius: id ratione cuius vna persona diuina trahit originem ab alia. Dicitur ad intra, nam quemadmodum creaturæ procedunt a Deo ad extra non quod sint extra locum, vbi Deus est, sed quia sunt extra naturam Dei, idest accipiunt naturam distinctam à Diuina, ita personæ dicuntur procedere ad intra, non prodire quod maneat principiatum intra suum principium, vt etiam manet intellectio creata intra creatum intellectum, sed quia Filius, et Sptus sanctus accipiunt à Patre eandem naturam cum ipso.

Quæstio 1ª

an in Deo sit realis processio, et quotuplex?

Caput 1ᵐ

In Deo esse duas processiones reales probatur ex Scriptura, et theologice.

Alteram, qua Filius à Patre procedit; alteram, qua Sptus sanctus à Patre, et Filio. Priorem probat Paul. 2. ad Hebre. ex psal. 2. ego hodie genui te. idemq expressius dese testatur Verbum incarnatum Ioan. 7. ego ex Deo processi. Posteriorem affirmat ipse Sptus Sptus, qui à Patre procedit, probaturq ex Athanasij symbolo, qui ex Patre, Filioque procedit.

Theologice preterea probatur conclusio. de fide est dari trinitatem personarum in vnitate diuina essentiæ xª illud Math. 28. baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filij, et Sptus sancti: et Ioan. 1. ver. 5. tres sunt, qui testimonium dant in colo Pater, Verbum, et Sptus sanctus et hi tres vnum sunt. Ad quæ loca, vt Patres

tres obseruant, in prima fidei professione non proponerentur tres personæ vt credendæ, nisi essent diuinæ; nec omiterentur aliæ, si plus quam tres forent. tunc sic: sed absq; duplici processione reali vnius personæ ab alia nequit consistere trinitas personarum in vnitate diuinæ essentiæ: ergo debet adstrui duplex processio realis. minor probatur. absq; processione reali vnius personæ ab alia nequit dari relatiua oppositio, qua vnice in reali processione fundatur: sed absq; relatione oppositionis nequit dari realis distinctio vnius personæ ab alia: in diuinis enim omnia sunt idem, vbi non obstat relationis oppositio, vt est in communi Theologorum proloquio: ergo absque processione reali nequit dari relationis distinctio vnius personæ ab alia, et ex consequenti nec tres personæ realiter distincte absq; duplici processione reali.

Dices. etsi hoc discursu vrgeatur hæreticus, ac perfidus Iudæus, non poterit tamen eo conuinci ethnicus sacræ paginæ contemptor, ni maior præmissa naturali ratione ostendatur. at si neges ita ostendi posse, cum Veritas sit omnino supernaturalis, non poterit infidelitatis suæ arguis paganus; etenim infidelis formaliter loquendo non est, nisi qui fidem proterue negat; proterue autem esse non potest, nisi qui negat, cum assentiri euidenter teneatur.

Nihilominus non dest argumentum, vi cuius ethnicus teneatur credere fidei mysterijs, proterueq; sit, nisi credat; quod ita formatur. nihil eorum, quæ Deus summa, et simplicissima veritas suis creaturis reuelauit, potest subesse falso: ueret enim illico tota Dei autoritas, si vel in vno deliperet, præsertim in eo quod omnium maximum est; atqui reuelauit Deus vnicam, sinceramq; religionem christianam, quæ trinitatis mysterium tanquam cæterorum caput deprædicat: ergo tale mysterium verissimum est. Consequentia est legitima; maior lumine naturæ est euidens, minor qua parte affirmat mysterium trinitatis contineri in religione christiana liquido constat ex testim. proxime allatis contra hæreticos. quod autem christiana religio sit vera, euidenterq; credibilis, et prudenter credenda ostenditur tract. de fide ex tot miraculis, Martyribus, ex viris q; sanctissimis iuxta ac doctissimis ore, calamo, opere, ac sanguine orthodoxæ fidei mysteria attestantibus.

At poterit terquiersari ethnicus sic retorquens argumentum: nequit esse euidenter credibilis religio, nec Deus eius auctor, qua traditur dogma repugnans illi principio lumine naturæ noto, quæ sunt eadem uni tertio, sunt idem inter se: sed talis est religio Christiana, quæ docet personas diuinas identificari cum natura absq; identitate reali inter se: ergo falsa est Christiana religio, et consequenter trinitatis mysterium abea traditum, nec indirecte credibile est. Et quatenus ex obiecta repugnantia misterij trinitatis poterit ethnicus negare assensum veræ fidei trinitatem docenti, vti nos à contrario obiecta euidentia morali nostræ fidei, conamur extorquere ab infideli saltem indirecte assensum mysterij trinitatis, et re ipsa extorquemus, negata minori, vt decursu quæstionis constabit.

Caput secundum.

Vtrum per naturalem discursum possimus extorquere ab infideli assensum mysterij trinitatis?

Sunt non nulli, qui occasione proximi argumenti contendunt cum Raimundo Lullio infidelis proteruiam reuinci posse, ac debere argumento directo, et positiue extorquenti assensum circa mysterium trinitatis, id q naturali discursu, quin ad fidei nostræ certitudinem confugere opus sit, atque ita argumentantur:

Naturali discursu ostendi potest trinitatem non esse impossibile nec rationi naturali contrariam: ergo naturali discursu ostendi potest trinitatem esse possibilem, acconsonam rationi naturali. Antecedens praterquam quod videtur ab omnibus admitti, uno demptio Holkot, probatur: nam vt ostenderetur trinitas rationi naturali contraria, deberet naturaliter ostendi principium aliquod vniuersale, cui trinitas repugnaret: sed eius modi principium naturaliter ostendi nequit: ratio enim naturalis duntaxat sumit principia ex rebus finitis; cum autem Deus vt pote simpliciter infinitus, sit supra omnem rem finitam, nunquam poterit naturali ratio ostendere rem simpliciter infinitam eisdem legibus, et principijs dimentiendam, quibus metimur res finitas: ergo vel illud principium, quæ sunt eadem uni tertio, etc. non debet extendi ad tertium simpliciter infinitum, vel si extenditur, debet ita accipi,

vt

vt quo adequate sunt idem vni tertio debeant esse idem inter se.

Iam consequentia probatur: medium sufficiens ad ostendendum aliquid non esse impossibile, sufficiens pariter est ad ostendendum esse possibile: possibile enim est quod non est impossibile: si ergo naturali discursu, et ex consequenti in vi medij naturalis, ostenditur trinitatem non esse impossibilem, ostendi etiam debet esse possibilem, et alioqui cum in terminis perinde sit esse, ac posse, vt docuit Phylos; consequitur ratione naturali ostendi existentiam trinitatis.

Verum argumentatio hæc prorsus est fallax, si attentius conferatur interse probatio antecedentis, et consequentis: nam ex probatione antecedentis duntaxat sequitur naturali discursu posse colligi, non demonstrari impossibilem trinitatem; ex consequenti vero, eiusq; probatione infertur non esse impossibilem trinitatem, in quo est fallatia, cum fiat transitus de non demonstrari impossibile ad non esse impossibile, seu de esse rei ad esse iudicati. Etenim licet inter possibile, et impossibile non sit medium à parte rei, et bene valeat hoc non est impossibile, ergo est possibile; est tamen medium inter non demonstrari impossibile, et demonstrari possibile: nec valet consequentia: hoc non demonstratur impossibile, ergo demonstratur possibile: quia potest esse suspensio iudicij respectu vtriusq; partis ob defectum medij determinatis ad alterutrum. Sic non est medium inter stellas esse pares, vel impares, licet sit medium in ordine ad demonstrationem vnius partis: nec valet consequentia: non demonstrantur stellæ pares; ergo demonstrantur impares, vel è conuerso: Consimiliter dicimus non sequi lumine naturæ demonstrari possibile mysterium trinitatis ex eo quod naturæ lumen probet non posse demonstrari impossibile.

Et vt penitus tollatur æquiuocatio præsbiterit obseruare bifariam aliquid posse probari non ostendi impossibile, scilicet vel positiue, et per medium, vi cuius probetur possibile, vel negatiue, id est per negationem medij assumpti ad probandam impossibilitatem. quod dicimus, est mysterium trinitatis lumine naturæ non demonstrari impossibile negatiue, quatenus soluuntur argumenta ethnicorum contra mysterij possibilitatem; non vero demonstrari positiue, nec posse

inui medij ostendentis possibilitatem mysterij.

Nihilominus replicabis, et argumentaberis ꝛ: saltem negatiue demonstrari potest mysterium trinitatis, vt proxime diximus: ergo et positiue: probatur consequentia: quis quis potest quod maius, et difficilius est, potest etiam quod minus: at maior difficultas trinitatis consistit in possibilitate negatiua, quam in positiua, hoc est in soluendo argumenta contraria, quam in eruendis rationibus positiuis; facilius enim ha eruis possunt, quam argumenta diruis: ergo si suppetunt naturæ vires ad demonstrandum negatiue: suppetent etiam ad demonstrandum positiue. Atq; hoc argumento nobilis Recent. adductus est, vt concederet sortiri naturam vires physicas ad positiue saltem probabiliter demonstrandum trinitatis mysterium, licet ad id neget vires morales, quasi diceret: potest demonstrari, sed nunquam demonstrabitur; temere enim quisq; de se præsumeret posse assequi mysterium, cui per retroacta sæcula tot insignes Phylosophi restitere.

Verum facile in Recent. retorquere possumus argumentum: etenim si ex negatiua possibilitate valeret ad positiuam, quemadmodum naturalis ratio tam viribus physicis, quam moralibus potest negatiue probare, et de facto probat possibilitatem mysterij soluendo argumenta in oppositum, ita de facto vtrisq; viribus positiue probare posset, et inuenire medium positiuum, ex quo possibilitatem mysterij demonstraret. quod inficiaris, et merito contra Lullum.

Absolute nego facilius esse inuenri medium, vi cuius extorqueatur positiue assensus trinitatis, quam vt soluantur argumenta: primum enim non cõtinetur in secundo: quis quis enim potest positiue ostendere aliquid, inuitatis medij poterit elidere argumenta in oppositum, non è conuerso, sicut quis positiue ostenderet stellas esse pares, facile solueret argumenta pro imparitate stellarum, quin ex solutione argumentorum illico sequatur esse pares: non enim quidquid mihi non apparet repugnare, statim possibile asseuerare potero; nam cum plus sit iudicare possibile, quam non videri impossibile, non magis poterit de negatiua possibilitate trinitatis duci argumenty ad positiuam, quam de affirmatione animalis ad affirmationem hominis.

Accedit, quod vt satisfiat argumento, oporteat excitari speciem ratio-

nitatis, qua excitata mirum non est, vt mediocriter calleny naturæ simpliciter infinitæ excellentiam, possit soluere argumenta contra eius fœcunditatem, siquidem, quæ petuntur ex creaturis solum oppugnant creatæ naturæ fœcunditatem, hoc est vt communicetur vna ex formalitatibus identificatis, non cõmunicata alia; quod ideo increatis repugnat, quia cum de natura entis finiti sit, vt accessione alterius fiat melius, non poterit cõmunicari alicui enti creato tantundem perfectionis cõmunicata vna formalitate, ac cõmunicatis omnibus; quælibet enim formalitas creata præter indiuiduale super addit perfectionem. Hoc autem ratio non tenet respectu Dei, ob cuius infinitatem, cõmunicata dũtaxat filio natura diuina, tantundem perfectionis cõmunicatur, ac si simul cum natura cõmunicaretur Paternitas.

At cum nulla facta reuelatione trinitatis aque possient solus argumẽta negantia trinitatem, quam dualitatem, aut quaternitatem, non est cur seclusa fide iudicetur non impossibilis trinitas pro quaternitate: firmato aut intellectu perfidem trinitatis, quærit disparitates ad dualitatem, aut quaternitatem personarum; omnino q hærerent in assignando discrimine, non prolucente fide, alioqui cur inter tot sublimis ingenij Philosophos nemo hactenus inuentus est vel probabiliter assentiens trinitati pro dualitate; vel cur Plato in Thimæo, Epitecto, alijsq priscæ aũ Philosophis, penes quos inueniuntur vestigia huius mysterij, denegabimus probabilem assensum trinitatis, si in natura sunt vires physicæ ad tale mysterium.

Caput tertium

Stabilitur vera sententia triplici Conclusione.

Prima conclusio: Per naturalem discursum nequit trinitas probabiliter cognosci, et multo minus demonstratiue. ita passim Theologi cum D. Angelico hic q. 32. et Ex. Suarez lib. 1. de trin. cap. 10, et 11. Probatur: ratione Aug. Doc. ea tantum obiecta naturali ratione cognoscimus, quorum species ordine naturali habere possumus, vt per se liquet; sed sanctissimæ trinitatis species naturali ordine habere non possumus: ergo. Probatur minor, nam species Dei naturales acquiruntur ex creaturis prout sunt effectus Dei; sic autem non ducunt in trinitatis notitiam: cum Deus non operetur ad extra vt distinctus in proprietatibus relatiuis, sed vt indiuisus secundum perfectionem absolutam

Explicatur ex eodem Doct. frio. et Eximio Suar: omne medium demonstrationis, vel est â priori, et per causam, vel â posteriori, et per effectum; attrinitatis nulla esse potest causa, vt liquet, nec â Deo vt trino effectus vllus est cum omnis effectus â Deo vt creatore, et vt vno procedat; ergo nequit esse cognitio demonstratiua trinitatis.

Verum hoc ratio, vt concludat, debet exponi sic, vt cum dicitur â priori et per causam non accipiatur copulatiue, quasi idem sit esse â priori, ac per causam, sed disiunctiue, hoc est vel rationem â priori, vel per causam: etenim nō nulla demonstrantur â priori, respectu quorum nulla est causa: sic Metaphysica demonstrat â priori de ente proprietates, sic in Theologia demonstrantur â priori attributa omnipotentiæ, voluntatis, etc, quin ens respectu suarum proprietatum, aut natura diuina respectu attributorum sit vera causa, sed duntaxat ratio â priori.

Sed si ita, inquies, exponitur ratio, etiam trinitas personarum poterit â priori demonstrari, cum non minus sit natura diuina ratio â priori, et quasi radix relationum, ac proprietatum personalium, quam attributorum: ergo si per inde est demonstrari â priori, ac per rationem â priori trinitas â priori erit demonstrabilis. Nego consequentiam non defectu rationis â priori entitatiue sūpte, et inse, quæ reuera datur respectu trinitatis, vt probat obiectio, sed defectu rationis â priori sūpte representatiue mō dō ad vires naturæ: ideo enim attributa demonstrantur de Deo â priori, quod diuina natura saltem quoad an est possit viribus naturæ euidenter cognosci prout est radix intelligendi, amandi, etc. Cum autem ab intellectu creato suis viribus relicto non sit cognoscibilis natura diuina prout est radix relationum nec quidditatiue, et prout est inse â natura cognoscatur Deus, hinc est, vt non possit ex medio diuinitatis tāquam per rationem â priori demōstrari trinitas personarum.

Secunda conclusio: Adhuc supposita reuelatione trinitatis non potest naturaliter demonstrari trinitas. Probatur ex dictis conclusio, etenim ex tota ratio carentiæ demonstrationis naturalis respectu trinitatis nascatur ex inconnexione intrinseca obiectorum naturaliter cognoscibilium cum deo vt trino, si hæc inconexio cum Deo vt trino, etiam posita fide, et reuelatione mysterij perseueret, plane fit adhuc supposita reuelatione non posse natura-

raliter demonstrari trinitatem: quod autem incõnexiõ perseueret probat vel ex eo quod reuelatio, et fides trinitatis sit prorsus extrinseca obiectis naturaliter cognoscibilibus; cõnexio autem debet esse intrinseca, cum sit essentialis respectus ad rem, cum qua cõnectitur; ergo si ante reuelationem sunt in cõnexa obiecta creata cum Deo vt trino, erunt supposita adhuc reuelatione.

Obiicies: in sententia negante cõnexionem omnipotentiæ cum possibilitate creaturarum, solet dici inesse omnipotentiæ virtutem absolutam producendi possibilia supposita eorum possibilitate, secus possibilitate negata, tametsi possibilitas mere extrinseca sit omnipotentiæ: consimiliter ergo poterit in præsenti dari cõnexio supposita reuelatione, tametsi ante reuelationem non detur.

Sed nulla est paritas, nisi dicas, quod quem admodum in prædicta opinione conceptus absolutæ virtutis possibilium intrinsece claudit possibilitatem creaturarum, licet denominatio virtutis abstractiue tantummodo cadat supra objectum; ita conceptus medij connexi cum Deo vt trino intrinsece claudat reuelationem, esto denominatio medij connexi solum caderet supra entia naturalia. Et sic ita est, non est ad rem paritas, quæ potius in aduersarios potest retorqueri: nam quæ admodum objectum esse connexum, vel inconnexum cum possibilibus non pendet ex suppositione extrinseca admissa possibilitatis, vel negata, sed exprædicato intrinseco ipsius omnipotentiæ, ita connexio, vel inconnexio effectus creati cum Deo vt trino non debet pendere ex reuelatione Trinitatis, admissa, vel negata, sed ex prædicatis intrinsecis ipsius effectus creati.

Tertia, et vltima conclusio: respectu nullius effectus supernaturalis possumus deuenire in notitiam Dei vt trini considerato effectu vt medio connexionis. Probatur ex 1ª conclusione: ideo naturales effectus non ducunt in notitiam Dei vt trini, quod per se non pendeant a Deo vt trino; sed etiam effectus supernaturales per se non pendent a Deo vt trino; ergo non ducunt in notitiam Dei vt trini. Probatur minor, nam licet supernaturales sint, sunt nihilominus effectus ad extra; sed omnia opera ad extra sunt indiuisa trinitati, ergo in effectu etiam supernaturali non influit Deus efficienter vt trinus; atque ita sentit Ex Doct. post Doct. Ang.

Caput 4.

Soluuntur argumenta contra primam conclusionem.

Præter illa, quæ obiecimus cap. 2. nunc contra rationem conclusionis obiicies: creaturæ vt sunt effectus Dei dicunt respectum transcendentalem ad veram Deum; sed verus Deus est formaliter Deus trinus: ergo creaturæ dicunt respe-

ctum transcendentalem ad Deum vt trinum. Nego conseq^{ns}, nam ex premissis duntaxat sequitur creaturam dicere respectum transcendentalem ad verum Deum, qui formaliter est trinus, secus ad verum Deum formaliter vt trinum: ad 1^{m} sufficit quod Deitas formaliter exigat trinitatem; ad 2^{m} opus preterea est, vt ipse effectus formaliter vt talis exigeret trinitatem, quod est falsum, nam adhuc prescindendo à Trinitate consideratur in Deo quidquid posse effectus requirit vt ab ipso producatur. Sic scientia media consensus, v.g. posse non requiritur, vt existat consensus, licet aliunde à Deo requiratur: sic quod decretum Dei sit aternum non requiritur ex parte effectus producti in tempore, qui solum exigit Dei decretum. Very quia Dei decretum, si revera est, aternum esse debet, ideo materialiter, et peraccidens, seu per aliud petitur aternitas decreti, posse vero effectus prescindit à decreti aternitate.

Ratio autem, cur concessis premissis, iure negatur consequentia, est syllogismi fallacia similis huic, potentia visiua respicit formaliter colorem, sed color formaliter est ens; ergo potentia visiua respicit formaliter colorem vt ens. quæ consequutio ideo est falsa, quia reduplicatio aliter appellat in premissis, ac in sequenti.

Obiicies 2^{o}, et replicabis: quia non est verus Deus nisi sit aternus, actio creatiua Angeli v.g. essentialiter, et posse exigens verum Deum, posse et essentialiter verum Deum, vt aternum; atqui non est verus Deus, nisi sit trinus in personis; ergo creatiua angeli posse, et essentialiter exigens verum Deum; posse etiam exigit Deum vt trinum. Reo distinguendo causalem maioris, quia non est verus nisi sit aternus, tam in esse rei, et quoad se, quam in esse cognoscibili et quoad nos mediate cognoscentes concedo, precisse in esse rei nego, et distinguo min^{s}: non est verus Deus, nisi sit trinus in esse rei, et quoad se concedo, in esse cognoscibili, et quoad nos nego minorem, et consequentiam. etenim discursu naturali euidenter colligimus aternitatem Dei ex eo quod sit à se, et ex nihilo creet, secus trinitatem, quin potius natura sibi relicta resistere videtur identitati trinitatis cum unitate essentiæ.

exigit

Obiicies 3^{o}, et replicabis iterum: natura sibi relicta etiam videtur resistere concordiæ immutabilitatis Dei cum sua libertate, nec efficatiæ diuini dominij cum creata libertate: et nihilominus hæc, et alia id genus mysteria non minus supernaturalia, quam mysterium trinitatis, sunt lumine naturæ positiue demonstrabilia; ergo et mysterium trinitatis. Nego maiorem, scilicet quod natura sibi relicta resistat

pre-

prædicto concordia quoad an est, sed ad sūmum quoad quid est: Difficultas enim non consistit in eo quod Deus sit liber, et immutabilis, sed qualiter hoc sit: Hoc 2m est quidem difficile, 1m vero facile, et euidens vel ex effectibus creatis contingenter productis; mysterium vero trinitatis etiq quoad an est redditur sūme difficile ex effectibus creatis, tantum abest, vt ex eis demonstretur.

Bene autem cohærere aliquid esse nobis certum quoad an est, et maxime dubium quoad quid est, non est ad intelligendum difficile; ng ex eo quod euidenter nouerim aliquid esse altero ẽ duobus, vel pluribus modis, non teneor asserere, quonam modo determinate sit, cum scire determinate sit difficilius, quam scire vage, idq obseruare prostiterit, vt te expedias à non minus inepto, quam frequenti arguendi genere, quo non nulli deducunt negatis conclusionis vagæ ex impugnatione cuiusuis partis determinatæ, non animaduertentes eam inde dari hæreticis impune negandi prouidentiam, libertatem, cæteraq Dei attributa: nam si catholico licet ita argumentari contra absolutas profinitiones Dei Vg. profinitio diuina non potest per actum Dei essentialiter liberum, constitui nec item per actum Dei contingenter liberum: q dari non potest profinitio absoluta operationis liberæ creaturæ; posset pariter hæreticus ita argumentari contra libertatem Dei: si in Deo foret libertas deberet constitui, vel per intrinsecum prædicatum contingens, vel per extrinsecum, sed nec perspicuum est constitui per intrinsecum, nec item per extrinsecum; q perspicuum non est dari libertatem in Deo. similiter posse negari prouidentia respectu creati arbitrij; nam vel prouidentia Dei conciliatr per scientiam mediam, vel per decretum prædeterminans; sed nec certum est conciliari per sciam mediam, nec certum per prædeterminationem; q nec certum est dari in Deo prouidentiam respectu creati arbitrij. Verumq autem consequens est hæreticum, et vtraq consequentia mala ob variatã suppositionis vagæ indeterminatam; atq adeo vt syllogismus esset informa, deberet ita formari propositio minor; sed perspicuum non est constitui libertatem Dei vel per intrinsecum, vel per extrinsecum; idem dic de prouidentia; tunc enim legitime inferetur consequentia, veram negando est minor, siquidem quod perspicuum est, aliqualiter deberet explicari; perspicuum etiam est: optime ergo stat aliquid certum esse quoad an est, et incertum qualiter determinate sit

Ad id autem, quod opponebatur, mysteria scilicet prouidentiæ, et

libertatis diuine non esse minus supernalia, quam trinitatis mysterium. Respondeo esse æque supernalia entitatiue, et in esse rei, seu in esse obiecti cognoscibilis à posteriori. Pro quo aduerte duplicit' aliq̃ posse cognosci, vel qddam̃ue, et inse, vel abstractiue, et in effectu: 1° modo cognoscibilitas sequitur ad esse, vt tenet prouerbium; atq̃ adeo cum entitas Dei sit supernaturalis, non potuerit inse cognosci à natura creata nisi supernaturaliter: 2° modo cognoscibilitas non sequitur ad esse rei inse, sed ad esse effectus, et medij, in quo cognoscitur: quo circa, si effectus naturalis connectitur cum existentia talis rei dicitur cognoscibilitas naturalis. Cum autem effectus creati connectantur cum existentia Dei vt causa 1° producentis ad extra per intellectum, et voluntatem, hinc est vt ex creatis effectibus sit Deus maxime naturaliter cognoscibilis quatenus ens liberum, et prouidum in operando: ob contrariam vero rationem, scilicet ob carentiã connexionis cum Deo vt trino non potest nec abstractiue, et quo ad an est cognosci trinitas personarum ex effectibus creatis.

Obiicies 4°, et replicabis adhuc: trinitas personarum perse requirit ad productionem ad extra; & quælibet actio ad extra perse cõnectitur cũ trinitate personarum. Negato antecedenti cum Ex. Suar. tom. 1. in 3. part. disput. 27. sect. 4. ruit argumentatio. Ratio autem negandi ea est nam etsi ad productã ad extra requiratur Deus subsistens, sufficit subsistentia absoluta; et esto requireretur subsistentia personalis, et relatiua, adhuc non requireretur qua triplex est, sed qua omnes conueniunt in conceptu subsistentiæ personalis, et relatiuæ. Verum si cum P. Ruiz concesso antecedenti, negetur consequentia, vel ex eo quod optime stat trinitatem perse requiri ad productã ad extra perseitate causæ, quin requiratur perseitate effectus, non est admodum facilis solutio, contra quam, sic obiicies:

Quidquid perse requirit causa vt producat effectum, perse requirit effectus vt producatur à cãa, sunt quidem correlatiua: & implicat perseitate cãæ perse requiri trinitatẽ ad productã ad extra, quin perse requiratur trinitas perseitate effectus, vt à Deo producatur. Nihilominus retenta vt probabili solutione P. Ruiz, distinguo antecedens; quidquid perse requirit causa vt simpliciter producat effectum, perse requirit effectus, vt producatur à causa, concedo, sic tantũmodo sunt correlatiua: quidquid vero perse requirit causa vt talis, vel tali perfectione producat requiritur perse ex parte effectus, subdistinguo, si effectus explicet talẽ perfectionem causæ, concedo; si non explicet, nego ans, et sequentiam: cum ergo perfectio fœcunditatis naturæ diuinæ in tribus suppositis

non

non explicetur in effectibus creatis, hinc est, ut licet Deus titulo perfectissimæ causæ peteret fœcunditatem in tribus suppositis (quod difficile) ut ad extra produceret, non propterea effectus deberet exigere trinitatem.

Obicies 4°: lumine ipso naturæ constat esse perfectionem in agente generare perfecte sibi simile; sed etiam lumine naturæ constat Deo debere tribui omnem perfectionem, ergo ex lumine ipso naturæ tribuenda est Deo perfectio generantis perfecte sibi simile, id autem sine generatione ad intra fieri non posse perspicuum est. In primis hoc argumento non trinitas, sed ad summum probaretur dualitas, ut respondet Suarez ad nescio quam demonstrationem Lutij benificantis, et benificati, quam referre non arbitror operæ pretium, licet ipsi Lulio adeo perspicua visa est, ut ob eius evidentiam se carnisse fide trinitatis testatus sit.

Absolute respondeo distinguendo maiorem, lumine naturæ constat esse perfectionem absolute concedo, esse perfectam sine ulla imperfectione nego, et concessa minori de omni perfectione sine imperfectione, negatur consequentia. Lumine autem naturæ nunquam constare poterit, an illa perfectio generantis sibi simile possit depurari ab imperfectione multiplicatæ naturæ ingenerante, et genito.

Dices: licet imperfectio sit naturam dividi, et multiplicari in plura supposita, nihilominus perfectio est naturam esse in pluribus suppositis; sed Deo concedenda est omnis perfectio sine imperfectione, ergo divinæ naturæ concedenda est perfectio esse in pluribus suppositis sine imperfectione divisionis naturæ. Distinguo maiorem quoad 1m par. est perfectio lumine naturæ separabilis ab imperfectione multiplicationis, nego; non separabilis per vires naturæ concedo, et concessa minori, nego sequentiam.

Et revera secluso fide, et revelatione tanti mysterij, si leveret discursus, et omnis argumentatio prorsus cessaret ob defectum naturalis obiecti, vi cuius excitari posset apprehensio trinitatis, quin potius homo, vel angelus certus de unitate Dei, nunquam dubitaret de pluralitate personarum, aut si forte dubitare inciperet, statim crederet perinde esse, ac cogitare de pluralitate Deorum, ut recte docet Suarez.

Caput. 4.

Argumenta contra 1m et 3m Conclusionem solvuntur.

Contra 2m sic obijcies: inferius ex coniunctione ad superius perficitur; ergo licet intellectus non sit naturaliter intellectivus trinitatis antecedenter ad revelat.; ex coniunctione tamen cum supernaturali revelatione poterit perfici in

ordine ad directum assensum trinitatis. Distinguo añ, inferius â superiori perficitur, si utatur superiori tanquam comprincipio eleuanti, vti utitur intellectus lumine gloriæ in ordine ad claram visõ trinitatis: nego añ, et consequentiam.

Explico retorquendo argumentum, quia intellectus creatus nequit naturaliter, seu antecedenter ad eleuatã visõ Dei producere, nec post eleuatã poterit visõ producere, nisi ea utatur tanquam principio eleuante: sed intellectus non utitur reuelatæ supernaturali trinitatis tãquam comprincipio eleuante, si duntaxat naturali discursu cognoscit trinitatem: q̃ si ante reuelatã non poterat naturaliter cognoscere, nec post reuelationẽ poterit naturaliter cognoscere trinitatem.

Obiicies 2º. et replicabis: licet intellectus non utatur reuelatæ vt principio eleuante, nihilominus post reuelatã elicit saltem probabiliter assensum trinitatis, quem non poterat ante reuelatã: q̃ similiter poterit elicere assensum euidentem post reuelatã, licet non potuerit ante reuelatã. Consequentia tenet paritate rationis. añ probatur 1º: Hæreticus non utitur vt principio eleuante reuelatæ, aut fide trinitatis, cum eam propter hæresim amiserit: et nihilominus post reuelatã trinitatis elicit probabilem assensum non eliciturus ante reuelatã, vt experientia liquet. q̃. 2º: licet notitia certa thesauri abscondit non tribuat vires physicas vt effodiatur, nihilominus ea notitia est conditio vt facilius thesauri inuentor se applicet, vt obices remoueat, et media inquirat, quibus promptius eruat thesaurum: q̃ licet notitia certa trinitatis non teneat ex parte principij eleuantis, erit nihilominus conditio, vi cuius intellectus instructus fide huius mysterij, facilius se applicet, vt inquirat media extorquentia assensũ trinitatis.

Illustrissimus Godoy trat. 11. disput. 89. §. 6 concesso antecedente, negat consequentiam, redditq̃ disparitatem, quod assensus euidens, et demonstratiuus nitatur connexione medij cum re, quam demonstrat; cum autem reuelatio non possit ponere connexionem cum medio naturali ante reuelatã in connexo cum trinitate, hinc est vt de materiali se habeat reuelatio ad naturalem demonstrationem trinitatis. at in ordine ad probabilem assensum non opus est connexione medij, sed remotione difficultatum, quæ detinebant intellectum, vt præberet assensum, hinc fit (inquit vbi supra hic author) vt reuelatione supposita, sit possibilis probabilis assensus naturalis ante reuelatã impossibilis, non per hoc, q̃d motiua creata vires â reuelatæ participent, sed per hoc, quod difficultas vin-

catur

catur, quæ obstabat, ne ex illis motivis generaretur assensus probabilis, et sic concedit potuisse viros sanctissimos uti post revelatis rationibus probabilibus ad assensu huius mysterij.

Probabilis solutio, sed qua absolute concedit antecedens non est mihi probanda; igitur respondeo distinguendo ans: potest elicere naturalem assensum, qui sit probabilis quasi ab intrinseco, et deductus ex discursu directo circa trinitatem, nego ans; qui sit probabilis quasi ab extrinseco, et innixus authoritate attestantium tale mysterium, concedo ans, et nego sequentiam. Duplex motivum dari potest assensu probabilis, vel extrinsecum scilicet authoritas dicentis, vel intrinsecum scilicet medio extremorum saltem obscura. Ad priorem assensum fateor plurimum conducere revelatis mysterij, ex qua perficitur intellectus quasi indirecte et negative ne cedat difficultatibus, et ne retardetur à principio illo, quæ sunt eadem ut tertio, ut prabeat assensum tot viris attestantibus hoc mysterium. Perficitur insuper ut exquirat congruentias aliquas, et similitudines, quibus aliquomodo mysterium explicet: id q. et non amplius probat paritas manifestati thesauri: Cæterum revelatio non conducit, ut ex objectis naturalibus quasi ab intrinseco, et directe eliciatur discursus, quo naturalis ratio prudenter assentiri possit mysterio trinitatis.

Ratio est, quia intellectus nequit assentiri nisi vero saltem probabiliter apparenti, cum autem revelatio non possit facere ut appareat probabiliter vera connexio in obiectis naturalibus cum DEO ut trino, si talis connexio nec erat, nec apparebat vera ante revelatis, huius est, ut communiter loquendo, non minus debeat excludi naturalis discursus probabilis ab intrinseco circa existentiam trinitatis, ac eadem revelatione adhuc supposita. Atq hoc fuit mens Doct. Angelici, et Eximij Suarez in præsenti lib. 1. de trin. cap. 12. ubi docet hæreticum assentiri huic tam difficili mysterio obsolam hominis authoritas, vel quia ig sibi persuasit hoc mysterium non repugnare, vel quia putat se credere testimonio divino, cum revera fallatur, et suo arbitrio alia mysteria credat, alia despiciat tanquam hæreticus. et D. Thomas q. 32. art. 1. his verbis: qui probare nititur trinitatis personarum naturali ratione, duplicater derogat fidei. 1° quantu ad dignitatem ipsius fidei, quæ est de rebus invisibilibus rationem humanam excedentibus. 2° quantu ad utilitatem trahendi alios ad fidem: cum enim aliquis ad probandam fidem inducit rationes, quæ non sunt urgentes, cedit in irrisionem infidelium: credunt enim quod hujusmodi rationibus moveamur, et propter eas credamus quæ igitur concludit, fides sunt, non sunt tentanda probari, nisi per authoritates.

ius, qui authoritates sufficiunt, apud alios vero sufficit defendere, non esse impossibilem. Hactenus D. Thomas, qui licet non nullis argumentis utatur, non sane vt persuadeat mysterium, sed vt disponat naturale lumen, et removeat difficultates, quo possunt removari assensum fidei.

Contra 3am et 4tam conclus. ita obijcies: Per visionem beatam cognoscitur DEVS vt trinus, et nihilominus visio vt operatio ad extra non procedit à Deo vt trino: falso ergo intellimus non posse cognosci trinitatem in vllo effectu supernaturali, eo quod nullus sit à DEO vt trino. Non nulli Recentiores cum P. Becano respondent se duntaxat loqui de cognitione naturali trinitatis, secus de supernaturali, qualis est visio beatifica; Verum licet naturale prescindat à supernaturali, negare non possunt illi authores medium ab eis assumptum, vt probent in obiecto naturali non posse cognosci trinitatem, non prescindere, cuius sit effectum ad extra vt potè ortum à DEO vt uno, non posse ducere in notitiam trinitatis; quæ ratio, cum formalissime militet in quovis ente supernaturali prout est effectus ad extra, vel non vtantur hoc argumento, vel inconsequenter prescindunt.

Propterea distinguo maiorem: per visionem beatam cognoscitur tanquam id quo, et formaliter DEVS vt trinus, concedo (idem dic de actu fidei, vel de scientia infusa, quæ fuit in Christo Dño nostro mysteriosa), tanquam id quod, et vt immediatè cognitum, subdistinguo, vi connexionis effectus cum trinitate vt causa, nego; vi alterius connexionis cum trinitate vt terminante visionem, transeat maior, et assumpta minori, negatur consequentia. Etenim, vt valuisset nostra conclusio, sat est nullum effectum vt talem ducere in notitiam trinitatis, seu DEI vt trini, eo quod nullus licet supernaturalis procedat à DEO vt trino; qd vero sit naturalis, vel supernaturalis dematerialis se habeat non secus, ac cognitio, qua cognoscitur: ng quemadmodum effectus naturalis licet supernaturali cognitè attingeretur, non propterea foret medium ducendi per modum effectus in notitiam trinitatis, quia vt effectus non nectitur cum illa; ita licet effectus sit insuper supernaturalis, si tamen vt effectus non oritur à DEO vt trino, nunquam ducet in notitiam trinitatis, licet supernaturaliter cognoscatur.

Obijcies 2o, et replicabis: Visio beata adhuc vt effectus est efficienter à DEO vt trino: ergo in illa tanquam in effectu supernaturaliter cognito potest evidenter trinitas cognosci. Consequentia tenet: vt probetur ant, distinguenda est duplex dependentia visionis beatæ à DEO, et prout est ens; at ita dependet visio à DEO vt à causa, non secus ac reliqui effectus ad extra; et prout est visio clara DEI; et sic dependet ab ipso vt ab obiecto: tunc sic; concursus obiectivus

DEI

DEI in visã beatam est in genere cãe efficientis vt cõmunis fert sententia; sed ocurrit obiectiuum DEI in suã visã est à DEO vt trino: g° ocurrit effectiuum DEI in visã est à DEO vt trino: g° visio vt est specialis effectus DEI obiectiue concurrentis ducet in notitiã DEI vt trini. Sola minor, quæ probat eget, ita probatur: DEVS eo modo obiectiue ocurrit in visã, quo est obiecty visionis; sed est obiecty visionis beatæ prout ine est trinus, sic enim obiicitur mentibus beatorum: g° ocurrit obiectiue vt trinus.

